



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Constantia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

HOMINEM undique ignibus impetitur, sive cladibus iis, quæ per ignem significantur obiectum, minime tamen ulla ex iis parte læsum significare si vellent Ægyptii sacerdotes, Salamandram pingere consueverunt: ea siquidem per ardentem carbonem inambulans, nullo ab his afficitur nocimento: tantus enim illi rigor, ut ignem tactu extinguat, non alio modo, quam glaciæ.

CONSTANTIA. CAP. XXII.

NAZIANZENUS. pro constantia Salamandram ponit, dum animal id in igni medio, qui omnium domat, non solum lætari dicit ac vivere, sed eum omnino etiam extinguere. Ita se cum Basilio, Athenis in igne perdidit: Deum verum colendo incolentes versatos gloriatur: quin etiam eum professione sua atque constantia suppressisse.

Salamandra rigor. Ex Arist. contra istum Plin. lib. 10. c. 67. & Gal. lib. 3. de tempore

AMATOR. CAP. XXIII.

SUNT qui per huiusmodi speciem, per Salamandram quippe in igne positam, amatorem ostentent, quod amorem ex igne significari apud omnes vulgatum sit, ut in Facibus latius à nobis dictum, & ardere se amantes omnes profiteantur: cumque ita vitam in æstu trahant, erudite se fecisse putant, si figuram huiusmodi ardoris sui simulacrum prætulerint. Sedenim, hoc haudquaquam probatur, quia si Salamandra ignem rigore extinguit suo, ea utique non aestuat, quod in primis amator sentire se clamat: utpote qui vel intimis medullis exuratur, vel lentis penitus ignibus maceretur, hunc urat amor, hunc urat protervitas, cum *fervidus sit puer Veneris, Cupidoque semper ardentis ænas legitas: Ardeat Atrides medio in triumpho virgine npta, & quæ plurima in hunc modum Poetæ scribere consueverunt, uti etiam apud Maronem, Ceco corpitur igni Dido, agnoscatque eadem veteris vestigia flamma, uritur infelix ardet amanti, trahiturque per ossa furorem, ac totam incensa per urbem debacchatur.* Mitto quod fabulantur alii, Salamandram igne pasci, atque ideo amantem referre: quod ille sit huius veluti cibus, quo se oblectet assidue.

Amatorum ardor. Lib. 4. En.

AMORIS NUTRIMENTUM. CAP. XXIV.

SIGNIFICANTIUS enim hoc exprimi potuisset, si bestiola illa posita esset paulo Musca grana major, quæ in medio nata igne, per ignem salit atque inambulat, id quod in Cypro insula videtur: C. authores trahunt ætariis fornacibus, ubi chalcites lapis ingestus diebus compluribus crematur, de qua quidem illud spectandum maxime, quod quamprimum longiore paulo volatu à flammis abscesserit, emoritur. Hanc alii Pyralin, alii Pyraustam vocant. Zenodotus in ejus cognomine videtur hallucinari, cui de lampade id attribuit, quod minutulo cuidam Papilionum generi inesse videmus, æstivis temporibus, vespertino crepusculo statim incipiente, quam Apulejus novo, uti suus est mos, vocabulo Flammidem appellat, multi Nitedulam, certe Græci Lampyridem vocitarunt. Verum hæc quæ de loquimur Cypria, longe alia est. Quod vero dictum est, Salamandram in ambulatione sua ignem extinguere, authores gravissimi sunt qui contra una cum Sextio sentiunt, ignemque ab ea lædi omnino negant, idque Plinianis adhuc temporibus Romæ incertum erat, neque adhuc aliquis se vidisse testatur: nos vero eam non modo ardentem prunas non extinguere, verum etiam e vestigio emori experimento comperimus, animali eo à Bernardino Pollano nobili Tarvisino, hospite tunc meo, ab eodem fonte meo allato in domum. Alii vero qui rem ut exploratam & ipsi scribunt, causam etiam investigarunt, cur id efficiat Salamandra: animal enim sine squamis & cute esse, corpus habere frigidum, & maxime humidum, quo singula quæcunque contigerit humectet multo magis, quam Limateces faciant, humorem quillum à corpore tam longe diffluentem, vim eam habere, ut ignem extinguat quem attigerit, *λιποπιδόν* ea de causa Nicander eam appellat, sive quod cute careret, quæ *πιδόν* dicitur, sive quod à cute humor ille largius emanet.

Pyralis & Pyrausta cum Salamandra comparatio. Hæc ex Arist. lib. 5. c. 19. de hist. animal.

HIRPI. CAP. XXV.

NE vero adeo alienum à fide videatur, Salamandram & aliquod aliud animal posse per medium ignem incolume transire: scimus familias quasdam agro Faliscorum fuisse, quæ super ambulantes, qui struem ambulantes non adurentur. Hirpos illas vocare, & ob id perpetuo s. c. militiæ, omniumque aliorum munerum vacationem habuisse. Sedenim ætate nostra vidimus Romæ Benedictum

Per medium ignem ambulantes.